

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Biblioteki Narodowej w Sankt Petersburgu, sygn. Lat. Q II 157, tekst 1, k. 9va–10rb

Odczyt: Maciej Miłkuła

Artykuł 53 [Gn. 51]

[53] Omnis querela ac testimonia, que cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum metseptimum [s] protestare oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomochalia non fuerint. Manifestum factum ibi esse dicitur, [k. 9vb] ubi vir captivatum [s] cum furtu aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Insuper eciam manifestum factum ibi esse $\vdash$ factum $\wedge$ dicitur, ubi viro gladius aut cutellus, aut alia sica in sua manu deprehensa fuerit, cum qua potestate infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus ad iudicium cum clamore deductum fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius pacis. Et factum manifestum cum viro ad iudicium deductum fuerit, stuprum, obsidium, irruencia domicilii, furtum, spolium, homicidium probet homo protestando metseptimus. Si vir de istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit ac spoliavit corpore, [k. 10ra] rebus et honore muliebri, de quo {de quo} sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere volo factum, ut de iure debeo, et requiro in sententia diffinitiva, quomodo ipsum $\vdash$ v $\wedge$ vincere debeam, ut michi proficiat $\vdash$ michi $\wedge$ in iure meo”. Extunc ille petit satisfacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc tutor mulieris interroge[t] in sententia diffinitiva, si mulier melius violenciam protestare poterit cum hiis, qui suum clamorem audierint, quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possit ipsum possibilius vincere cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et si ut iuris est hoc protestabitur, adversarius collum demeretur. [k. 10rb] Idem vero iudicium super irruenciam domicilia iudicatur.

^a skreślone ręką autora podstawy

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]